

Bibliothèque numérique

medic@

**Halley, Jean François - candidat. - An
Melancholiae Musica ?**

1731.

***Caen : Cadomi, Apud Antonium
Cavelier, solum Regis &
Universitatis Typographum.***

Cote : ms 78 n°48

QUÆSTIO MEDICA
SORTE PROPOSITA A CLARISSIMIS PROFESSORIBUS REGIIS
FACULTATIS MEDICÆ IN ACADEMIA CADOMENSI
AD CATHEDRÆ VACANTIS DISPUTATIONEM.

48

AN MELANCHOLIAE MUSICA?

I.
PROH miseram hominis sortem, qui vix in lucem editus est, ut miserum evadat morborum quorumlibet ludibrium! sua sunt pueri vitia, sui peculiare juvenibus morbi, sui senibus incommoda; adeo verum est, hominem totum à natura morbum, visque è millibus unum ab illius favitâ immensum esse. Sinitas omni pretio major, blandissimum vitæ condimentum, felicitatis humanæ culmen, quantâ cum curâ & studio, quando viget, conservanda est? Quæmadmodum enim eadem præsentis pretiosius nihil, sic dejectâ & absente quid tritius? Longius ab eâ recedit qui mente laborat, quàm qui agrosit corpore. Omnibus hominibus eadem animæ perfectio: ingenii varietas ab organorum constitutione & humorum dispositione pendet, sicut & morborum diversitas: tenuis humor ut plurimum parit acutos, crassus vero disturnos & contumaces.

II.
DISTURNOS inter, Melancholia quam delirium sine febre cum timore & mœstitiâ conjunctum dicimus, primas faciliè tenet. Quænam febrem melancholia velimus extraneam, huic potest tamen supervenire continua vel intermittens, sed minus melancholia essentialia. Pro variâ melancholici humoris dispositione varia exurgit in melancholicis delirii varietas, unde alii se Principes, Reges, alii se cines, feles, lupos, gulos, esse arbitrantur, horumque animalium voces imitantur; alii se mortuos esse, nec edendum aut bibendum imaginantur, alii mingere non sudent, ne indè, ut autumant, oriantur diluvium; animi pathematis occasione præbet humorum indeles & ætura: gaudium à laudabili sanguine & mediocriter subtili exoritur, qui dum blando ejus motu cerebrum placidè commoveret, gratiam animæ cogitationem impertitur: furor, ira, audacia, rapidissimum frequentur bilis motum: mœstus & tristes est qui non posse se putat imminens accere malum, aut optatum bonum consequi desperat, propter imbecillitatem virum, motus inertiam, membrorum segnitiam; unde hæc, nisi ab humore melancholico spiritus obtundente?

III.
SPIRITUS animales naturâ suâ puri, tenues ac vegeti esse debent ad actiones cerebri alacriter exercendas, & lætitiâ menti inducendam; si ab eâ deiciantur constitutione quodammodo opaci evadunt ac tenebrosi, mœstitiâ proinde inducunt ac timorem: causam igitur melancholia reponimus in sanguine crasso, adulto, feculento, torpido & concretioni proximo, qui spiritus inficit & velati obnubilat; unde cum humor melancholicus frigida, sicque viscosus, ad figendos deosandæque spiritus potissimum conducit, quæ quidem spirituum densitas mœrorem & tristitiam importat, si enim tenuis sit humor & calidus, quævis est atra bilis, à quâ mania producitur, furorem præbet, quibus sanguis in illius vas contortus exultat & torrefactus est, ac proinde in humorem melancholicum conversus, somni breves & interrupti, insomnia turbulenta, aurium tintinnus.

IV.
ATOTO corpore proficisci melancholiam significat & arguunt habitus totius corporis melancholicus, vel naturalis, qui ex colore nigro, hirsutie, macilentia, aliisque dignoscitur; vel acititius ex curis, laboribus, vigiliis, victu crasso, & similibus contritus: ab hypochondriis affectum manare testantur astus in præcordiis sine siti, ructus acidi, flatus per superiora vel inferiora frequenter emitti, ventris rugitus, anxietas, nausea, appetitus interdum infirmus, atre bilis naturam accedit, vim remedium eludit, mitiora contemnit, & à fortioribus effertur: unde humor melancholicus Medicorum crux, flagellum & opprobrium nominari consuevit: nec tamen melancholia & à causis præcæthæ. Non modò in affectibus melancholicis, verum etiam in gravioribus morbis ad musicam confugiant Hispani.

V.
PUGNANTES accendit tuba, & legionibus acie dimicantibus mortis metus classico pellitur: sæpè concitatos sedat animos, cùm nihil humanitati sit magis proprium quàm dulcibus modis teneri, contrariis effici: hinc mollis responsio iram frangit, sermo durus favorem concitat; ipsi quia etiam hauri musici, capiuntur concentibus; quid quod ipsos serpentes & volucres musica provocat ad suæ modulationis auditum; ceteri ingentissimæ mollis pitem, cum læta fistularum tubarumque concentus allicit, quod modulationis sono prehensum à piscatoribus transigitur; sed quid multa?

Nemo adeo ferus est, qui non miscere possit.

Si modus harmoniæ patientem commode aurem.

Ad molestiam itineris levandam sæpius citat viator, captivus carceris tedium musicæ lenit. Symphonis modulatur aures, quod foris depellit maris irati ac ventorum procellos.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,

quæ unius fistulæ sonitu sopita fuit. In agris Tarenti antiquissimæ civitatis Apuliæ, Phalangii seu aranei genus, indè Tarantula, dictum quoddam semel hominem adortum est, illic in istâ parte oritur dolor, tumor, pruritus, frigiditas in toto corpore, tremor, convulsio; suboriuntur indè verrigines, somnus, deliria, sudores frigidi & mille alia: laudis lyricis instrumentis istâ à plangoribus cessant & in medium tripudians incipiunt, tandemque rem persequuntur ac si sint essent ac nullo dolore tenerentur; quod si eveniat, ut tibicines tantillam quiescant, non multo post tempore in terram concidunt, & ad pristinos redeunt longiores, nisi tandem indolentia sonitu silent, donec venenum parim per infensiles cutis meatus, parim per sudorem exeat: unde in totâ Apuliâ ætatis tempore tibicines vagantur, qui à Tarantulâ demorsis prælo sint, & stipendio conducti mutantur alternatim, utriusque ullâ lenitudo intermissione tandem tripudient agri, quod utique penitus curati conquiescant, è quibus merito concludimus.

Ergo Melancholia Musica?

Hæc Theſes proponat JOANNES FRANCISCUS HALLEY, Cadomæus, Doctor Medicus Aggregatus, idemque Vacantis Cathedræ Candidatus, in publicis Medicorum Scholis, die Lunæ quartâ Junii, A. R. S. H. M. DCCXXXI. ab horâ primâ ad vesperam.

CADOMI, Apud ANTONIUM CAVELIER, solum Regis & Universitatis Typographum.